

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1776

Auteur(s) : Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Corneville-sur-Risle, Notre-Dame (prieuré)

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : 1143

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues, archevêque de Rouen, confirme les donations que Galeran, comte de Meulan, et Gilbert de Corneville ont faites au prieuré de Corneville[-sur-Risle]. Si la situation des chanoines réguliers s'améliore au point de permettre l'institution d'un convent, le prieur sera nommé par l'abbé et le chapitre de Saint-Vincent-au-Bois.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862, t. 1, p. 546.
- b. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Rotomagensis, n° XIX, col. 22-23.
- c. Waldman Thomas G., *Hugh 'of Amiens', Archbishop of Rouen (1130-1164)*, PhD Thesis, Oxford, Faculty of Modern History, 1970, 648 p. (dactyl.), Appendix : The Acta of Hugh 'of Amiens', n° 21, p. 211-212.

Texte établi d'après b

Hugo, Dei gratia Rotomagensis archiepiscopus carissimis filiis suis priori, et fratribus canonicis regularibus apud Cornevillam constitutis, in perpetuum. Sanctæ matris ecclesiæ moderata benignitas, etc. Justis si quidem postulationibus vestris assensum præbentes, concedimus vobis ecclesiam beatæ Mariæ de Cornevilla cum iis omnibus quæ juste ei pertinere noscuntur, videlicet decimis atque beneficiis ; quin etiam ea quæ Galerannus comes Mellenti vobis concessit, scilicet unum eleemosynarium apud Villevillam, et decimam de Extaldis quæ vadunt a Monteforti ad pontem Audomarem, eo tempore quo discurrunt per aquam, et consuetudines vestras quietas per totam terram suam de dominio suo, sicut ecclesia de Pratellis melius et quietius habet ; in foresta de Monteforti mortuum boscum ad vestrum proprium ignem : terras quoque quas Guillebertus de Corneville dedit vobis, scilicet duas acras inter ecclesiam et domum suam, etc. Decernimus quoque ut si divina gratia suffragante locus vester per manus fidelium amplioribus possessionibus amplificatus fuerit, ita ut ibidem possit conventus congrue institui, instituaturs tali modo, ut ab abbate et capitulo sancti Vincentii vobis semper prior substituaturs, et sicut bonis temporalibus exterius excreverit, ita et interius amplificetur augmentis spiritualibus, etc. Actum est hoc anno Verbi Incarnati 1143, regnante rege Francorum Ludovico, principante in Normania rege Anglorum Stephano, pontificatus vero nostri anno XIII. Ego Hugo Rotomagensis archiepiscopus. Ego Gualerannus decanus. Ego Fulbertus archidiaconus. Ego Robertus archidiaconus. Ego Gaufridus archidiaconus. Ego Osmundus archidiaconus. Ego Hugo archidiaconus. Ego Ægidius archidiaconus. Ego Nicolaus sacrista. Ego Guillelmus cantor. Ego Robertus sub-cantor. Ego Gaufridus sacerdos et canonicus.